


II.

Die Kraft der Uebung von der Gegen-
wart Gottes.

* * *

Joseph, — Jos. Lechner, Keth. l.
Schutzgeist der Unschuld, — Herr Joh. Kellim.
Ranoy, — Niklas Unhoch, Synt.
Unschuld, — Aloys Schwaikhofer, Princ.
Seth, — Johann Bapt. Vaccano, Gramm.
Gefährten der Unschuld.
Putiphar, — Herr Johann Kellim.



S. STEPHANUS ¹⁰
PRIMUS HUNGARIÆ
REX

PARTHENIO IN THEATRO
SPECTATUS,

PRÆNOBILIS, EXCELLENTISSIMUS

CONSULTISSIMUS DOMINUS

JOSEPH. FRANC. XAV.

ALOYSIUS LAURENTIUS

DE RUMELSFELDEN

S. R. I. EQUES, J. U. DOCTOR,
JURIS PUBL. & PROCESS. CAMER. PROFESSOR
PUBLICUS ORDINARIUS,

CONGREGATIONIS

MAJORIS ACADEMICÆ

B. V. MARIÆ

AB ANGELO SALUTATÆ

PRÆFECTUS

RENUNCIARETUR

Friburgi Brisgojæ die 13. & 14. Januarii
M. DCC. LIX.

Literis FELNERIANÆ Viduæ, Univerf. Typogr.
Curante Joanne Andrea Satron.

ARGUMENTUM.

Si Romanorum Imperatorum non Nemo felix esse iudicavit Regnum, cui REX PHILOSOPHUS præfesset, quanto felicius esse oportet illud, quod Eundem & REGEM habet, & APOSTOLUM? Habuit HUNGARIA in Primo Rege suo S. STEPHANO. Necdum Adolescentiæ annos Egresso imperium reliquerat moriens Pater GEISA, & ne oneri succumberet Princeps Juvenis, Ministros addidit Prudentia, & Pietate insignes, WENCELINUM, *Comitem Alemannum* virum bellicis artibus clarissimum, & ASTRICUM *Colocensem Episcopum*. Et vero opus erat STEPHANO, fidei tantorum virorum opera & consilio; cum enim pro eximia, qua in Deiparam a teneris jam annis ferebatur, Religione, totus in id incumberet, ut ad Eius cultum totam PANNONIAM adduceret, tot in se hostes concitavit, quot ea tempestate fautores numerabat superstitio. Infestiores præ cæteris erant TRANSYLVANIÆ DUX, GIULA, & quem hujus Nepotem facimus, CUPPA. Uterque, STEPHANO sanguine iunctus, cum aperto Marte, tum occultis machinationibus grassati, ultimam Regno & Religioni perniciem attulissent; nisi pro-meliore causa sui Clientis stetit POTENS COELI REGINA. Hujus auxilio suffultus STEPHANUS & inimicas eludit fraudes, & vim hostium victricibus armis contrivit, ipso festo assumptæ in coelos Virginis (quod MAGNÆ DOMINÆ dici voluit, appellatione Hungaris hodie dum consueta) Corona & APOSTOLICI REGIS Titulo insignitus. At memor, cui se, suorumque salutem deberet, regnum & coronam eadem, qua acceperat, die DEIPARÆ obtulit, sat fel-

felicem se ratus, si VICARIA potestate PANNONIAM gubernaret. Ex actis SS. ad d. 2. Septembr.

Scena figitur in stativis prope Albam Regalem positis.

PARS I. Cultum Deiparæ a STEPHANO firmiter decretum,

PARS II. Ab hostibus valide oppugnatum,

PARS III. A Cœlo feliciter coronatum dabit.

MUSICÆ

CHORUS I. *Austria* Fiduciam,

CHORUS II. *Austria* Gratitude in *Magnam Cœlorum Dominam* exhibebit.

CHORUS I.

Personæ: *Austria*. *Fortitudo Bellica*. *Prudentia*. *Status*. *Amor Pacis*.

Aust. Placet hæc, qua *Amor Pacis* hortum coluit industria: Placet foecunda, quæ se hic offert, olea. Quam suaviter jam spirant lilia, Non visa hucusque meo in horto Decora! Sed cui præcipue ista horri debetur gloria? Tuo nimirum influxui *Luna Parthenia*.

I. ARIA. 2.

Quid proderit Prudentia?

Est unum, est subsidium:

Quid Pacis hic Industria?

Maria, sidus optimum,

Nil fortis juvat dextera.

Influxum det beneficium!

Agrum ditet semine,

Horti nostri florida

Hortum riget flumine,

Semper crescet gloria;

Obarmet aggere;

Florebit olea;

Non erit incrementum.

Sic erit incrementum.

Fort.

At ubi *Laurus*, pulchro foedere

Quæ juncta oleæ,

Illud dignissimum

Te symbolum?

I. ARIA

I.

ARIA.

2.

Ut Laurus æternum virefcit, Sic *Austria* honor durabit,
 Decidua nunquam fenefcit, Sic Nomen perpetuo ftabit,
 Sed viridis femper & vegeta ftat: Et altius, altius efferet fe.
 Ut Laurus adverfus Tonantem, Illius fic umbra potenti,
 Plumineas ftrages minantem, Amore, favore clementi
 Securum afylum terrigenis dat. Quam tuta gens fubdita

Auf. Amo Lauream,
 Sed amo magis oleam.
 Illa fervit fplendori verticis,
 Hæc fubditorum, quos amo, commodis.

Fort. Fruere jam, Magna Domina! deliciis:
 Committe Te Totam Fidelitæti *Fortitudinis*.

Prud. *Prudentia* prævidebit impendientia Felicitati Tuæ pericula:

Fort. *Fortitudo* avertet etiam graviffima.

Auf. Sed cur nondum *Amor Pacis* ab extimis
 Rediit horti pomœriis?

Prud. En! magnis paffibus appropærat!
 Trifte quid vultus indicat.

Auf. Heu! metuô, ne labor Horto impenfus hæctenus
 Pereat irritus.

Ambitionis quis ignorat invidiam?
 Et quoties non Hortus nofter illius fenfit ferociam?

ARIETTA.

*Amor Pac.**Ambitio*

Heu nimis tibi invida!
 Perrupit Horti extima:
 Excidit ferro oleas;
 Evertit florum areas.
 Furore implacabili
 Totius viridarii

Ruinam ftatuit:
 Jam prope irruit

Ambitio!

Prud. Quid non Pacifica
 Tentavit *Prudentia*?
 Quæ non ceflit jugera,
 Ut aliena fatiaretur invidia?

I. ARIA.

I.

ARIA.

2.

Fort. Impune nû femper graffetur? Injufte fic premi te feram?
 Excidium Horto minetur? Momentum, fi jubes, non teram.
 Sacerrimas leges calcabit? Et fidem & Robur probabo,
 Et aliis tantum diftabit? In medias mortes volabo.
 Coget, ut fuplice Jube! fidiffima
 Cedas mox poplite Sanguinis guttula.

Sibi ex Horto, quod comodu est? Fluet, in venis quæ ultima eft.

Auf. Perge! jura mea ferva integra,
 Quæ hoftilis invafit violencia.
 Vim vi abige!
 Et *Maria* confide, Meæ & Tuæ *Domine*.

ARIETTA.

Quæ Mater eft amabilis
 Et Pacis arbitra,
 Eft hofti formidabilis
 Ac belli Domina.
 Per Te det illa Lauream
 Olivæ fociam!
 Desidero victoriam
 Ut Pacem teneam.

I.

DUETTO.

Auf. Hoc ergo tutus Nomine, *Auf.* Bellorum inter fulmina,
 Et cœli fidens *Domina*, Millena per difcrimina
 In pugnam gradere! Te Clemens proteget.
Fort. Tam faufto lætus omine, *Fort.* Felicem precor *Austriam*:
 Hac *Duce* ibo, *Austria* Victricem fpero dexteram,
 Stat hoftem vincere. Quam Potens diriget.

CHORUS II.

Amor Pac. O Domina!
 Eja evigila!

Prud. Num ades lauriger a *Fortitudine* Nuncius?
Amor Pac. Ah! quid non metuam meis floribus!

ARIA.

Ut venti fecum rabidi, 1. Hæc facies eft prælii:
 Cum fluctu fluctus pelagi Sic certat alter alteri:
 bellantur; Luctantur.

2. Pro-

Procella dum jam infima 2. Qui victor est, jam vincitur :
 Mox surgit in altissima, Mox illi rursus ceditur.
 Quam navis est dubia spes, Quam florum sic fluctuat fors,
 Num salva, an naufraga res? Num vita, an maneat mors?

Aust. Sit ergo ! placeat *Calorum Domina*
 Diurius adhuc probare fiduciam suæ Famulæ.

I. ARIA. 2.

O *Maria!*
 O quoties gravissimis
 Cum premerer periculis,
 Juvabas me ?
 Jurato nunc exitio
 Involvere *Ambitia*
 Cum parat me :
 Ostende jam *Potentiam*,
 Defende tuam *Austriam* :
 Defende me!

O *Maria!*
 In *Cella* Tibi supplicem
 Cum *Matre* an ne sobolem
 Despicies ?
 An *Austriam* nunc deseres ?
 Ah ! nimis *Clemens* *Mater* es !
 Non deseres.
 Quo gravius periculum,
 Vicinius exitium,
 Hoc major spes ;
 Non deseres.

Prud. Ut ordinata *Castrorum acies* *Maria* est *terribilis* :
 Defendet Te *Turris Davidica* mille *armata clypeis*.
 Humana nil poterit *Astucia* :
 Nil *armata violentia*.

I. ARIA. 2.

Mavortis ille *Dextera*,
 Humana hic *Prudentia*,
 Ad ubes expugnandas,
 Ad terras subjugandas,
 Et Magni titulo
 (Non abnuo)
 Superbus gloriatur.

Potentior est *Domina*,
 In *Qua* confidit *Austria*,
 Hæc hostem enervabit,
 Spem Tuam coronabit :
 Tam Tibi noxia
 Consilia
Maria ulciscetur.

Aust. Hoc ipsum docuere me quondam mei *Caroli*,
Leopoldi, *Ferdinandi*, *Maximiliani*, imo omnes *Proavi*.

Amor Pac. O quam alia jam sunt tempora !

Aust. At Eadem est *Domina*.

Amor Pac. Quis unquam hostis tanta fuit ferocia ?

Prud. Potentior est *Domina*,
 In *Qua* confidit *Austria*.

I. ARIA.

I. ARIA. 2.

Fort. Triumphæ *Austria!*
 Hucusque sub hostilibus
 Gemebat Hortus falcibus ;
 Nunc liber ab assultibus,
 Est par ferendis fructibus.
 Erepta hosti *Laurea*
 Victoria est *Tessera*.
 Triumphæ *Austria!*

Me *Tua Pietas*
 Armavit *Magna Domina*
 Et *Nomine & Robore*.
 His armis reclus restiti,
 His irruentem repuli.
 Adjuvit *Fortitudinem*
 Tenerrima in *Virginem*,
 Quam foves, *Pietas*.

Aust. O *Laurea!* o certissimum
Mariani pro *Austria* præsidii testimonium !
 Coronet illa prius *Proteatricem Austria*,
 Et tum in horto meo plantata surgat multiplici germinet.

I. ARIA. 2.

Victoriarum Domina!
 Victrice nunc ab *Austria*
 Hanc *Laurum* recipie.
 Sit grææ mentis *Tessera*,
 A Te accipi. *Austria*
 Cum *Lauro* donat se.

Bellorum in periculo,
 In *Pacis* simul orio
 Me *Tuam* protege.
 Operatam *Pacem* revehe,
 Perenni junge foedere
Olivam Laureæ.

Austr. *Vestra* jam, fida *Capita!* Hæc erit unica *Domina*.
Eo. Pr. Am. P. Spondemus *fidissima*, in *Austria*, *Maria* obsequia.

ARIA a 4.

Fort. Stringam hunc [gladium ;
 Ibo in prælium ; [consilium,
 Dum erit mihi res- Ubi periculum, [pacis solatium
 [sera Ut regat Te per Est unum *Clemens*
Maria. [omnia [Domina,
Maria. [omnia [Domina,
Maria. [omnia [Domina,

Aust. Diriget gla- *Aust.* Dabit confi- *Aust.* Tutum refu-
 [dium [silium, [gium!
 Faustum in prælium ; Toller periculum : Certum solatium !
 Est nempe de Vi- Hinc solatit Fi- Et Pacis dabit
 [storia [ducia [gaudia
Maria. *Maria.* *Maria.*

OO. 4. Hortum *Austriacum*,
 Tutum ac floridum,
 In multa sèves *Sæcula*
Maria!

O. A. M. D. D. V. H. & G.

PERSONÆ AGENTES.

- Nob. & Eximius D. Franc. Josephus Ruffié AA.
LL. & Phil. Magister J. U. Exam. & Approb.
WENCÉLINUS, COMES ALEMANNUS, *Supremus*
Totius Exercitus Imperator.
- Prænob. & Doctiff. D. Joan. Bapt. Jos. Fridericus
de Steigentesch J. U. Candidatus, CUPPA GIU-
LÆ *Transylvania Ducis Nepos.*
- Ornatiff. ac Doctiff. D. Joan. Martinus Haas, AA.
LL. & Phil. Magister, SS. Theol. & SS. Can.
Cand. Jur. Civ. Stud. ASTRICUS *Episcopus Co-*
locensis.
- Ornatiff. ac Doctiff. D. Jacobus Franck, AA. LL.
& Phil. Magister, SS. Theol. Stud. CRODO, *Al-*
bæ Regalis Præfectus.
- Nobil. ac Doctiff. D. Franc. Antonius Ignatius
Baur, AA. LL. & Phil. Magister, J. U. Studios.
STEPHANUS.
- Ornatiff. ac Doctiff. D. Franciscus Anton. Lang,
Medicinæ Studiosus, BUDO, *Magnus Pannoniæ*
Cancellarius.

MODULOS MUSICOS COMPOSUIT

- Ornatiff. ac Doctiff. D. Josephus Ignatius Sulzer,
Theol. Mor. Cand. & J. U. Studiosus.

PERSONÆ CANENTES.

- Ornatiff. ac Doctiff. D. Joan. Bapt. Schmid, Theol.
Mor. ac SS. Can. Stud. FORTITUDO BELLICA.
- Ornatiff. ac Doctiff. D. Marcus Leopoldus Dold,
J. U. Studiosus, AUSTRIA.
- Damiaus Wenz, Syntaxist. Major, AMOR PACIS.
Joan. Nepomuc. Durst, Syntaxista Minor, PRU-
DENTIA STATUS.